UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4 De effectu audaciæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72759

Visual Library

cet non ſit malum arduum, author timoris nomine uſus eſt. Deſperatio igitur ex parte obiecti cauſa eſt timoris: timor uerò ex parte modi attingendi obiectum, cauſa eſt deſperationis, quo fit, ut non ęqualiter fiant deſperatio & audacia a timore & ſpe: nam audacia a ſpe, & ex parte obiecti: bonum.n. eſt prius malo, & ex parte modi: quia proſecutio boni ex ratione proſecutionis mali oritur: deſperatio autem ex parte modi tantum ex timore, ſeu abominatione naſcitur.

C.5. non procul a fi. to.6

ſequitur apprehēſionem, prouocatur ſpes cāns audaciā per ea, q̄ faciunt nos æſtimare, ꝙ poſſibile ſit adipiſci uictoriam uel ſecūdū propriam potentiam, ſicut fortitudo corporis, experientia in periculis, multitudo pecuniarū, & alia hmōi: ſiue per potētiam aliorum, ſicut multitudo amicorum uel quorūcunque auxiliantiū, & præcipuè ſi hō confidat de auxilio diuino. Vñ illi, qui bene hēnt ad diuina, audaciores ſunt, ut ēt Phil. dicit in 2. Rhet.* Timor aūt excluditur ſecūdū iſtum modū per remotionem terribilium appropinquantium, puta, quia hō non hēt inimicos, quia nulli nocuit, quia non uidet aliquod periculum imminere. Illis.n. uidētur maximè pericula imminere, qui aliis nocuerunt. Ex parte uerò tranſmutationis corporalis cātur audacia per prouocationem ſpei, & exclusionem timoris, uel ex his quę faciunt caliditatē circa cor. Vnde Phil.* dicit in lib. de partibus animalium, quòd illi hēnt paruum cor ſecūdum quantitatem, ſunt magis audaces: & animalia habentia magnum cor ſecundum quantitatem, ſunt timida: qa calor naturalis non tātum poteſt calefacere magnū cor, ſicut paruum, ſicut ignis non tantum poteſt calefacere magnā domū, ſicut paruā. Et in li.* de ꝓblematibus dicit, quòd habentes magnum pulmonem ſanguineum, ſunt audaciores propter caliditatē cordis exinde conſequentem. Et ibidem dicit, quòd uini amatores ſunt magis audaces propter caliditatē uini. vnde & ſupra dictum eſt,* quòd ebrietas facit ad bonitatem ſpei: caliditas enim cordis repellit timorem, & cauſat ſpem propter cordis extēſionem & amplificationem.

li.3.c.4.to.4 — In ſectio ne 27. probl. 4. tom.6. — q.40.ar.6.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ebrietas cauſat audaciam, non inquantum eſt defectus, ſed inquantum facit cordis dilatationem, & inquantum etiam facit æſtimationem cuiuſdam magnitudinis.

Ad secvndvm dicēdum, quòd illi qui ſunt inexperti periculorum, ſunt audaciores, non propter defectum, ſed per accidens, inquantum ſcilicet propter inexperiētiam neque debilitatem ſuam cognoſcunt, neque pręſentiam periculorum: & ita per ſubtractionem cauſæ timoris, ſequitur audacia.

Ad tertivm dicendum, quòd ſicut Philoſop. dicit in 2. Rhetor.* Iniuſtum paſſi redduntur audaciores, quia æſtimāt, quòd Deus iniuſtum paſſis auxilium ferat; & ſic patet quòd nullus defectus cāt audaciam, niſi per accidens, inquantum ſcilicet hēt adiunctam aliquam excellentiam uel ueram, vel æſtimatam, vel ex parte alterius, vel ex parte ſui.

Cap.5. in fine. tom.6.

### Articvlvs IIII.

*Vtrum audaces ſint promptiores in principio, quàm in fine, in ipſis periculis.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Vr̄ ꝙ audaces non ſint promptiores in principio, q̄ in ipſis periculis. Tremor.n. ex timore cauſatur, qui contrariatur audacię, ut ex dictis patet;* ſed audaces quandoque in principio tremunt, ut Philoſop. dicit in libro de problematibus.† ergo non ſunt promptiores in principio, quàm in ipſis periculis exiſtentes.

q.44.ar.3. & 45.ar.1. 3.Eth.lec.14 In ſectiōe 27. Problem. 3. tomo 6.

¶ 2 Pręt. Per augmentum obiecti augetur paſſio: ſicut ſi bonū eſt amabile, & magis bonum eſt magis amabile, ſed arduum eſt obiectum audaciæ. augmētato ergo arduo, augmentatur audacia, ſed magis fit arduum & difficile periculum quando eſt præſens, ergo debet tunc magis creſcere audacia.

¶ 3 Præt. Ex uulneribus inflictis prouocatur ira, ſed ira cauſat audaciā. Dicit.n. Philoſ. in 2. Rhet.* ꝙ ira eſt auſiuum. ergo qñ iā ſunt in ipſis periculis, & percutiuntur, uidetur quòd magis audaces reddantur.

Sed contra eſt, quod dicitur in 3. Ethic.* ꝙ audaces prę uolantes ſunt, & uolentes ante pericula, in ipſis autem diſcedunt.

Respon. Dicendū, ꝙ audacia, cùm ſit quidā motus appetitus ſenſitiui, ſequitur apprehēſionē appetitiuæ uirtutis. uirtus aūt ſēſitiua nō eſt collatiua, nec inquiſitiua ſingulorum, quæ circunſtant rē, ſed ſubitum hēt iudicium. Contingit aūt qñq;, ꝙ ſecundū ſubitam apprehenſionē nō pñt cognoſci oīa, quæ difficultatem in aliquo negotio afferūt; unde ſurgit audaciæ motus ad aggrediendum periculum: unde quando iam experiuntur ipſum periculum, ſentiunt maiorem difficultatem, quàm ęſtimauerunt, & iō deficiunt. Sed ratio eſt diſcurſiua omnium quę afferunt difficultatē negotio; & ideo fortes, qui ex iudicio rōnis aggrediuntur pericula, in principio uidentur remiſſi, quia non paſſi, ſed cū deliberatione debita aggrediuntur: qñ autem ſunt in ipſis periculis, non experiuntur aliquid improuiſum, ſed quandoque minora illis quæ præcogitauerunt, & iō magis perſiſtunt. Vel etiam, quia propter bonum uirtutis pericula aggrediuntur, cuius boni uoluntas in eis perſeuerat, quantacunque ſint pericula: audaces autem propter ſolam æſtimationem facientē ſpem, & excludentem timorem, ſicut dictum eſt.*

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ēt in audacibus accidit tremor propter reuocationem caloris ab exterioribus ad interiora, ſicut etiam in timētibus, ſed in audacibus euocatur calor ad cor, in timentibus autem ad inferiora.

Ad secvndvm dicendum, quòd obiectum amoris ęſt ſimpliciter bonum; unde augumentatum ſimpliciter augmentat amorem, ſed obiectum audaciæ eſt compoſitum ex bono & malo, & motus audaciæ in malum præſupponit motum ſpei in bonū: & iō ſi tantū addatur de arduitate ad periculum qđ excedat ſpem, non ſequetur motus audaciæ, ſed diminuitur; ſi tñ ſit motus audaciæ, quantò maius eſt periculum, tantò maior audacia reputatur.

Ad tertivm dicendum, quòd ex lęſione nō cauſatur ira, niſi appoſita aliqua ſpe, ut infra * dicet: & ideo ſi fuerit tm̄ periculum, quod excedat ſpē uictoriæ, non ſequetur ira, ſed uerum eſt, quòd ſi ira ſequatur, audacia augebitur.

### Qvvestio XLVI.

*De ira ſecundum ſe, in octo articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt de ira. Et primò, de ira ſecūdum ſe. Scdò, de cā factiua iræ, & remedio eius. Tertiò, de effectu eius.

Circa primū quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrū ira ſit paſſio ſpālis.

¶ Secundò, Vtrum obiectum irę ſit bonum, an malum.

¶ *Super quæſt. quadrageſimę ſexta ar ticulum primum.*

In articul.1. quæſtionis 46. in reſponſione ad primū, aduerte, qđ illa uerba literæ, Ad iram terminātur, poſſunt habere duos ſenſus. primus eſt, quod ſinguli motus iraſcibilis, ſcilicet motus ſpei, & motus deſperationis, & reliqui, terminantur ad iram, ſicut diximus ꝙ amor terminatur ad